Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Stipendia enim peccati mors. Qui peccato militat remuneratio
onem accipit mortem. Item pmium qd offert ad deceptionem
nrám hoc mors. Grá aut di uita eterna. Non dicit similit sti
pendia iusticiæ. quia nē ante quá remunerēt in nobis. Non
enim nrō labore quesita ē. s. dei munere condonata. In xpo
ihu dno nrō. Est siue grá siue uita. xvii In ignoratis
fris scientib; enim loquor. qa lex in homine dominat quanto
tempore uiuit. Hic incipit difficultatē legis ostendere ut illos
hortēt ad grám sine ei timore transire. Quia lex in homine
dominat quanto tempore uiuit homo. siue lex homini. Nam
que sub uiro ē mulier. uiuente uiro alligata ē legi. si autem
mortuus fuerit uir ei soluta ē a lege uiri. P comparationē legis
mandati uiri appellat. ut ostendat legē sine iudicie effectu
quasi mortuá nobis iam mortificatis impedire non posse. quo
minus ex integro ad xpm qui resurrexit a mortuis transeamus
que merito nobis uiuerit si inuenirit qd punire possit in nob.
Igitur uiuente uiro uocabit adultera si fuerit cū alio uiro.
Si autē mortuus fuerit uir ei liberata ē a lege uiri. ut nē sit
adultera si fuerit cum alio uiro. Igitur quamdiu uiuit uir
tamdiu illi sedm ei solius necesse est. uiuere uoluntatē. Cum
autē illo mortuo alio uiro mulier fuerit copulata. iam non
nē illi secundum prioris uiri consuetudinē est uiuendum;
Itaq; fris mei et uos mortificati estis legi. Noluit iusta cōpa
rationē legē illis dicere mortuá. sed qd inter cosde dicere
nē audebat. intellectu dereliquit. Per corpus xpi ut sitis alte
rius uiri. qui ex mortuis resurrexit ut fructificarem deo. Cō
moriendo xpo q damnauit peccatum in carne. Cum enim essem
in carne. passiones peccatorū que p legem erant operabant
in membris nris. Cum essemus in carnali conuersatione pas
sio concupiscentie operabat in oculis. et in ceteris membris
ceteræ passiones que p legē tamen ostendebant ē peccata
Item. in carne est qui uoluntate carnis ducit et legi dei